Excusacio symoniacorum et peccatariorum

est punitus. ita ut vix sperari poterat eum veniam
consecuturum; dicente sibi petro. penitentiam itaque
age ab hac nequicia tua. et roga deum si forte re
mittatur tibi hec cogitacio cordis tui; Ecce de so
la cogitacione cordis. vix sperare potuit veniam;
quam remissionem hodie multi sperare valent de
cogitacione actu. consuetudine que potius corruptela
est; et cum hoc de defensione iniquitatis; Di
cunt enim in sui erroris defensionem; Gratis offeru
ntur. ut ipsi et alii inde sustentent; Neque enim
sanctiores sumus predecessoribus nostris quos confi
dimus esse salvatos. hec accipientes; quorum vestigiis
inherentes nec nova instituimus. sed vetera in esse
conservamus; Que excusacio frivola. nullo iure fundata;
sed omnibus civilibus et canonibus inimica Et quidem
non negamus quando ea que persone ipse ingredi
entes pure et sponte ac plena libertate omni pa
ctione cessante dare vel offerre voluerint cum graciar
accione licite recipi possunt; alias quocumque pastus pran
dia. cenas pecunias. iocalia aut res ~~alias~~ alias
ad ecclesiasticum vel quemvis pium usum deputata seu
deputandi de cetero directe vel indirecte nullo modo
petere vel exigere presumat: sub formidabilibus penis
in extravaganti contentis. ad quam remitto quemlibet
scire volentem et dicit notanter nec ante nec post
petere vel exigere presumat Solent quidam pretendere
difficultatem recepcionis; ut aliquid extorquere
valeat. seu pretextu paupertatis hoc inhibetur eo
dicitur indirecte vel per submissam aliam personam;
Nec tales excusare se valent per hoc quod dicunt. vestigiis

Nota

Nota

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden